



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De bigamis. xxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui tertio nuptias celebrauerint.

Caput XXIII.

Ex decr.

Hormis-

de papæ,

cap. 2.

Ex cõcil.

Laodicæ.

cap. 1.

NE quisquam amplius, quàm duas accipiat vxorem. Niam tertia superflua est.

De bigamis.

Cap. XXIII.

Ex cõcil.

Laodicæ.

cap. 1.

DE his qui secundum ecclesiasticam regulam libere legitime secundis nuptiis iuncti sunt, nec occulte priarum copulam fecerunt, oportet vt paruo tempore acto, vacent orationibus & ieiuniis. Quibus etiam indulgentiam communionem reddi decreuimus.

De numero maritorum.

Cap. XXV.

Ex dictis

Hierony.

Vbi fuerit numerus maritorum, ibi vir proprius esse desistit.

De ingenuo homine, si alterius ancillam pro ingenuo

acceperit, & post ancillam eam esse intel-

lexerit. Cap. XXVI.

Ex cõcil.

apud ver-

meriam,

cui inter-

fuit Pipi-

nus rex,

cap. 7.

SI quis ingenuus homo ancillam alterius vxorem accepit, & existimat quòd ingenua sit, si ipsa fœmina cã fuerit inseruita, si eam à seruitute redimere poterit: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem uiam eam scierat, & collaudauerat: post, vt legitur in am. beat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius re debet.

De fœmina ingenua, si seruum maritum

acceperit. Cap. XXVII.

Ex eodẽ

concilio,

cap. 8.

SI fœmina ingenua accipit seruum, sciens quia seruet. habeat eum: quia omnes vnum patrem habent in cœlis. Vna lex erit, & viro, & fœminæ.

De legitime coniunctis, si alter eorum in amentiam

deuenerit. Cap. XXVIII.

Ex epist.

Nicolai

ad Caro-

lũ Mogũ.

episcopũ

missa.

Ex cõcil.

Cabillon.

cap. 30.

SI qui matrimonium sani contraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit: hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt. Milititer sentiendum de his qui ab aduersariis excæcati aut membris detruncantur.

De legitimis matrimonijs seruorum.

Caput XXIX.

Ex cõcil.

Cabillon.

cap. 30.

DICTUM est nobis, quòd quidam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadã præsumptione dirimunt.